

h. 101, 8.

X 200 5735

II  
Y b  
592

Q. D. O. M. B. V.

PATRIBUS PATRIÆ

*Inclutæ Reipubl. Freibergensis,*

*ut &*

VIRIS STUDIOISISQVE OMNIUM  
ORDINUM LITERATIS,

*cum primis*

SCHOLÆ EPHORIS  
ATQVE INSPECTORIBUS

*Patronis, Fautoribus atq. Amicis*

*maximo estimandis,*

Otto Benevitiuss Freib. Rector

*Solennem interpolati Acroaterii Majoris Inaugura-*  
*sionem d. XXIV Septembr. Anno currente cto lxx lxxii*

*bono cum DEO expediendam*

S. P. D.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA


UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)







I. N. I. C.

 *Vod Christiani Magistratus illi Ecclesie Scholarumq; langventium divinitus constituti*  
 exactissima scholarum ratione habeant, & de iis quotidie incommodiorem statum provehendis sollicitè cogitent, proq; virili annitantur, nemo, cui sanum, verbiq; divini lixivio probe repurgatum est sinciput, ut spero, diffitebitur. Si enim Scholæ sunt fundamentum Reipublicæ & seminaria Ecclesie, nec haberi possunt Doctores idonei, nisi prius in scholis rectè instituantur, atq; sic ad ministerium præparentur; ut religiosè existimat magnus ille quondam Philosophorum Theologus, Theologorumq; Philosophus Meisnerus, atq; hoc in passu habet *יאבין דור לטורן modernorum Phœnicem Carpozovium*. Si scholæ sunt prima virtutum & literarum seminaria, id quod testatum facit celeberrimorum lctorum non postremus Braudlacht. Si scholæ sunt ex mente beatissimi patris Lutheri, detur venia verbo ob expressionem emphaseos commodiorem vernaculo, Gottes Jungel Brunnen / ut juxta Chaldaicam paraphrasin ex Bartholom. Mayero allegat D. VVeberus. Si scholæ sunt Pietatis officina, Ecclesie seminaria, Reipubl. fulcra, artium & linguarum nutrices, & formatoria, quò eunt beluæ, rede-

Rfa. 49, 23.

Phil. Sobr.  
 p. 1. c. 2. c. 21.  
 q. 1. p. m. 565  
 L. 1. Jurispr.  
 consist. 1. 6.  
 d. 95. n. 9.  
 Epit. Juris-  
 pr. publ. l. 5.  
 c. 3. §. 8.

Introduct.  
 Episc. tit. 11.  
 B. 30



redeunt homines, pulchra & optabili metamorphosi, In Amus. S. 1. c. 16. p. m. 164.  
 juxta Clariss. Havemannum. Si sunt artium libera- in Orat. paneg. hab. in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 lium officina, virtutum theatra, pietatisq; sincere do- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 micilia, ex confessione beatissimi Dni D. Hoëi proto- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 theologi quondam Saxoniae eminentissimi; Atq; ulterio- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 us, si propagatio verae religionis & defensio Ecclesiae in in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 eo consistit, ut seminaria doctrinae caelestis, linguarum in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 & artium bonarum, h. e. Scholae Ecclesiae adjunctae sint in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 atq; vigeant; & è converso, si scholarum neglectus in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 publicam hanc cladem invehit, ut Christianismus pau- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 latim in paganismum s. ethnicismum dilabatur, ut in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 sensu ex asse Theologico disputat modò laudatus nobi- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 lissimus Ictus Carpzovius; aut si ex scholis tanquam in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 ex equo Trojano prodeunt in mundum universum in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 omnigeni Musarum, imprimis Jesu Christi milites, qui in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 omni terrena virtute fortiores occidi possunt, terreri in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 non possunt, asserente itidem modò citato Dno D. VVe- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 bero: Hincq; adeò & Civilis & Ecclesiastica Politia in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 scholis eq; carere nequit atq; mundus hic Sole, ut loqui in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 amat Zepperus. Imò si deniq; tanta s. dignitatis, s. uti- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 litatis, s. necessitatis sunt scholae, ut Alstedius asserere in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 non vereatur, easdem ad communicandam experi- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 mentalem cognitionem etiam in statu integritatis, li- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 cet sub alio, eoq; perfectiori & habitu & modo atq; in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 nunc, futuras fuisse; qui quæso religiosi isti Dii terre- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 ni, aut si mavis, Dei in terris vicarii, magistratus pu- in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.  
 to, easdem objectas esse, aut sine honore, sine amore, sine in intro- duct. scho- lae novae Pra- genf. anno 1611. lit. F. 3. 4.



promotione jacere paterentur? qui non beatissimas  
 existimarent aut impensis aut curas augende rei scho-  
 lasticae ex obligatione & fide data impendendas?  
 praesertim cum probe sciant, sese Ecclesiae mysticae no-  
 strae matri (verius quam olim gentiles errabundi de  
 Diana sua fictitia rerum omnium nutrice statuebant)  
 πολυδάτω, quae nos omnes reficit atq; exhilarat plus  
 quam nectarea lactis Evangelici ambrosia, gratiora  
 aut fructuosiora reddere. <sup>ἁγιωτάτη</sup> sanctissimumq; istud  
 cum Cimonis filia ἀντιπελαργεύη commodius declarare  
 non posse, quam amulsitata eiusmodi scholarum bene  
 constitutarum conservatione & propagatione, utpote  
 quae sunt certissima Ecclesiae senescentis curis agia, in  
 quibus flos educatur Ecclesiae & omnium vite gene-  
 rum, in quibus Ecclesia licet senio confecta vicissim ju-  
 venescit, augetur atq; efflorescit, non secus atq; embryo  
 matris in alvo, ut loquebatur quondam M. Petrus  
 Ailberus Scholae novae Germano-Bohemae Palco-Pra-  
 gensis Collega primarius. Nec v. desunt innumera Im-  
 peratorum, Principum, aliorumq; Magistratum de-  
 votissimorum Exempla, qui intimi sui erga Ecclesiam  
 & scholas amoris publica passim exposuerunt indicia.  
 De memorabilibus indultis, quibus in victisimus Imp.  
 Fridericus, ut putatur, ejus nominis I scholasticum &  
 docentium & discipulorum ordinem exornavit die anno  
 an communivit? constitutione videlicet saluberrimā  
 inq; perpetuum valiturā hanc de re in lucem emissā,  
 fusius

Val. Max.  
 l. 5. c. 4.  
 Manl. Col.  
 lect. l. 2.  
 p. 223.

in Intimat.  
 introduct.  
 istius Scho-  
 lae lit. A. 2.

in Authent.  
 Habita. C.  
 ne filius pro  
 patre.



scripsit, concripto integro in istam Authenticam  
commentario, Dnus D. Helfric. Ulric. Hunnus, Ea-  
dem mens & animus in rem literariam, eiusdemq; pro-  
fessores fuit & in nobilissimo isto Imp. pari, Honorio  
nempe & Theodosio, id quod itidem plurima in eos  
erogata evincunt privilegia. Quid dicam de illâ piis-  
simâ Imp. Leonis voce dicentis: Utinam meis tempori-  
bus ea, quæ militibus dantur, Doctoribus numerari de-  
berent! Quo item elogio exornem laudabilissimum  
vel Alphonsi regis 40000 aureorum in restitutionem  
Mathematices, vel Alexandri M. 80 talenta Aristoteli  
Preceptorum deputantis, vel Josephi Patriarchæ Sacer-  
dotibus Aegyptiis statuta cibaria ex horreis publicis  
sine ullo interveniente solutionis pretio præbentis  
exemplum? De quibus omnibus videri potest D. VVe-  
berus. Sed & stupendo horum Magnatum ordini accen-  
sendus est suo jure Maximilianus Imp. augustissimus,  
qui Dynastis effusam suam in scholas literatosq; homi-  
nes liberalitatem invidia stimulante mirantibus re-  
spondebat, ne miremini, inqvies, charissimi nobiles,  
(Ihr lieben Junckern) uno n. die multos equites re-  
nunciare, omni a. mea potentia ne unicum Baccalau-  
reum vel Doctorem creare possim; ut refert M. Mar-  
tinus Francke ex B. Luthero. Nec sine exprobrando  
ingratitude stigmatibus oblivione sepeliri potest Illu-  
strissimorum Ducum Saxonorum, VVirtenbergen-  
sum, Brunsvicensium, aliorumq; plurium hæc in parte

de Reg. Sec.  
& Eccl. I. I.  
de Reg. I. I.  
de Reg. I. I.  
de Reg. I. I.  
de Reg. I. I.

l. Gramma-  
ticos. C. de  
Profess. &  
Medic. 109

de Reg. Sec.  
& Eccl. I. I.  
de Reg. I. I.  
de Reg. I. I.  
de Reg. I. I.

de Reg. Sec.  
& Eccl. I. I.  
de Reg. I. I.  
de Reg. I. I.  
de Reg. I. I.

In de jur. &  
rat. Confilt.  
sect. 17. p. m.  
394.

Histor. Sa-  
muel. lit.  
E 11, b.  
Tom. 5. jem.  
f. m. 181.



Belfaz. sa-  
cril. p. 56.  
seq.

Polit. l. 4.  
c. 3. p. m. 382.

de Reg. Sac.  
& Eccl. l. 3.  
cl. i. c. 1. n. 18.

Braudl. E-  
pit. Jurispr.  
publ. l. 5. c. 1.  
Havem Hel-  
Hierotact.

tit. 5. p. m. 65  
Reink. de R.  
& Ec. l. 3.  
cl. c. 1.  
Meisn Phil.  
Sobr p. 3. l. 2.  
c. 1.

publicè declarata munificentia, quam ex professo com-  
mendat Dnus D. Mengerinus b. m. Nimirum perspe-  
ctum habuerunt generosissimi isti Semones, firmam  
Reipubl. columnam esse rectam juventutis educatio-  
nem in Scholis potissimum perficiendam, ut autor est  
D Georg. Schönborn. curationemq; rerum istarum sa-  
crarum præcipuum Reipubl. esse fundamentum, ut mo-  
net elegantissimè non minus quàm verissimè Theodor.  
Reinking. Quamquam v. numero plura, pondere gra-  
via sunt capita, quibus administratio Magistratus po-  
litici religiosa, jurisdictionisq; & Ecclesiastica &  
Scholastica potestas absolvitur, quæ de re per otium  
evolvi possunt Dnn. Braudlacht, Haveman. Reinking.  
Meisn. & alii; Nos tamen charta rationem habentes  
& instituti, reliquis omnibus sequestratis duo saltem  
si non præcipua, ab istis tamen proxima ejusmodi mu-  
nia, respectu videlicet & ædificiorum & alimento-  
rum Scholasticorum occupata ad æquam recte ra-  
tionis trutinam expendemus. Quod itaq; ad providam  
curam reparationemq; ædificiorum sacrorum, in specie  
Scholasticorum, attinet, unicuiq; nisi in lectione Scri-  
ptorum antiquorum, ut in alieno penitus versetur fo-  
ro, ad oculum patet, non solum in genere ædificia quæ-  
libet s. publica s. privata sed & in specie sacra & scho-  
lastica sollicitè, & quidem non semper ad indigentiam  
tantum sed & ad eminentiam quandoq; extructa, ex-  
ornata & conservata fuisse. De ædificiis prophanis res  
clara



clara est per se; cum adificiorum cultu decus urbium  
acquiri & adificantium habitationes civitatum orna-  
mento adjici crederentur, ex sensu & decreto Imppp.  
quin & ob insigne artificium aut utilitatem non exi-  
guam in sui admirationem spectatores convertere pu-  
tarentur, ut ex Botero probatum dat Dnus Reinh. Kö-  
nig. Unde & Augustum Imp. moribundum in specie  
gloriatum fuisse, quod e lateritia marmoream urbem  
fecisset, & singulari libro omnes facultates, bona, for-  
tunasq; imperii complexus fuisset, cognovimus. Sed &  
Imppp. Dioclet. & Maxim. lege caverunt, ne ornamenta  
civitatis in agrum transferrentur; Decemvirisq;  
maximè cura fuit pulchra & decora civitatis facies,  
qui propterea adificiorum ruinis publicum aspectum  
deformari prorsus noluerunt, referente Henr. Sal-  
muth. in Panciroll Prout non tantùm hic ipse Panci-  
rollus & Reinhardus König modò citati integris capp.  
sed & alii plures, in primis v. Plinius & Seneca magni-  
ficentiam Romanarum aedium veterem pomposis ad-  
modum in scriptis suis passim depinxerunt verbis sigil-  
latim. Quantum v. extruções aedium Scholasticarū  
concernit, illas veteribus non minori contentione &  
curâ, ac in prophanis fieri consueverat, absolutas fuis-  
se constat per ea, quæ de commoditate illarum prolixè  
disputat Alstedius in Encyclopediâ; Consilium istud su-  
um & re ipsa executioni mandatum fuisse exemplo  
Academiae Atticæ, juxta testimonium Pausaniæ in

*l. 2. C. de  
przd. & o-  
mnib. reb.  
navic.*

*Bot. l. 3 de  
polit. il-  
lustr. c. 2.*

*f. 199.*

*König The-  
atr. polit.*

*p. 1. c. 3. n. 3.  
p. m. 83.*

*Sueton. in  
vita Augu-  
sti.*

*Kirch. de  
Republ.*

*disp. 15. th. 3.  
ad lit. a.*

*l. 6. C. de m-  
dif. privat.*

*l. 1. de adif.  
privat. p. m.*

*124.*

*Plin. l. 35.  
H. N. c. 16*

*Sen. ep. 86.*

*l. 24. c. 3. 708.  
1 & 4.*

*Acti-*

*Acti-*



Atticis, plurimis iisque & splendidissimis & significan-  
 tissimis ornamentis instructa ostendens. Jus etiam  
 istud edile sacris ejusmodi aedificiis maxime proprium  
 esse, evincit non solum V. T. consuetudo, qua ex bonis  
 Ecclesiasticis praeter alias in Sacerdotes, Levitas, pau-  
 peres & sacrificia cotidiana erogationes plurimas, sa-  
 cra insuper templi vasa, cultus instrumenta & vesti-  
 tus Sacerdotum sacer comparabatur, ipsumque templum  
 sartu tectumque conservabatur. Sed & in N. T. idem hoc  
 multivaria & Pontificum & politicorum Magnatum con-  
 firmant Constitutiones propterea maxime laudanda.  
 Etsi n. nonnullis in locis Ecclesia & Schola declinan-  
 tur contracte h. e. aliqui Pastores & Collegae ad com-  
 parcendos sumtus abdicantur (adde & eorundem ha-  
 bitationes ob simile causam negliguntur) non secus atque  
 alias vulgo quoque dicitur, in Scholis est labor asininus  
 & fringillaris cibus, citante itidem V. Vebero; tamen  
 non solum in iure Canonico & distinctis Conciliis, testi-  
 bus D. Himmelio, D. Mengeringo & M. Brosenio, ejus-  
 modi facta est dispositio, ut bona Ecclesiastica in qua-  
 tuor distributa classes & Episcopo & Clericis &  
 Pauperibus & fabricis debeant impendi, istorumque  
 omnium defectum redundantia sua supplere; Sed &  
 ab aliis Principibus Christianissimis (ut pace Regum  
 Gall. hunc titulum ipsis ex peculiari indultu competen-  
 tem, si Philippo & Mureto credimus, huc transfe-  
 ram) singulis temporibus similes promulgatae fuerunt

Devt. 14, 23.  
 Exod. 30, 16.  
 Num. 8, 8. 11.  
 Nehem. 1, 3.  
 V. Veber. de  
 rat. & jur.  
 Conflit.  
 sect. 17, p. m.  
 395.  
 in Levit. fu-  
 git. c. 74.  
 m. 17.  
 Jus Can.  
 caus. 12, q. 2.  
 c. 17, 28 & 30.  
 Concil.  
 V. Vornat.  
 anno 863.  
 can. 7.  
 Synod. Tri-  
 bur. cap. 13.  
 Syn. Nann-  
 nett c. 10.  
 Himmel. de  
 Canon c. 9.  
 n. 81. seqq. p.  
 m. 349. seqq.  
 Menger. in  
 Sacr.  
 Bellaz. c. 1.  
 n. 15 p. m. 12.  
 Brosen. aur.  
 Tolosan. c.  
 3. p. 22. 29.  
 Philip. Me-  
 lanch. Post.

a Fezel, edit. p. 1. p. 777. Muret, Vol. 1, Orat. 24. CON-





constitutiones, eandem fabricarum sacrarum repara-  
 tionem serio urgentes, ita ut in defectu aut inopia Ae-  
 rarii Ecclesiastici ipse Patronus imò & Parochiani,  
 propterea quod usum Sacrorum ibi habeant, de proprio  
 sumto necessarios suppeditare teneantur, ut multis pro-  
 bant Carpzovius, Reinkingus, & cum iisdem Dnus D.  
 Andr. Keslerus Generalis quondam Superintendens  
 Coburgensis, ut & Dnus D. Cunr. Dietericus Superint.  
 Ulmens. uterq; b.m. Et sicut hoc in passu ades paro-  
 chiales ab ipsa Ecclesia separare non licet, cum ille ac-  
 cessorie veniant ad eandem, necessitatibusq; ejusdem  
 deserviant, ut sc. ii, qui functionibus Ecclesiasticis  
 presunt, commodè habitare queant, imò & alias eo-  
 dem fere jure iisdemq; privilegiis cum Ecclesia gau-  
 deant, ut itidem solide demonstrat Carpzov. Ita quæ de  
 cura Ecclesie hætenus dicta fuerunt, etiam de Schola-  
 rum fundatione & provisione obtinere accuratè do-  
 cet Clariss. Reinking. Brevitatis ergò fusius deducere  
 nequeo, quomodo cum hisce Statutis & Ordinationi-  
 bus saluberrimis amicè quondam conspiravit praxis  
 per exempla & sacra, Jacobi Patriarchæ, Davidis,  
 Salomonis, piiq; istius Centurionis Capernaitici, & pro-  
 fana, Caroli Magni, Lotharii Saxonis Imp. Theodosii  
 junioris, Ludovici XII. & Francisci I. Regum Gallia-  
 rum, Maximiliani I. Ottonis I. Friderici II. & III.  
 Imp. imò & Electorum in Comitibus VVormatiæ anno  
 1491 celebratis, per decretum constituentium, ut unus-

Carpz. Con-  
 sist. 1. 2. t. 11.  
 d. 336. n. 10.  
 seqq.  
 Reink. de R.  
 S. & Eccl.  
 1. 3. cl. 1. c. 36  
 n. 17.  
 Kesler. The-  
 olog. Caf.  
 Consc. c. 39.  
 per tot.  
 Dieter. A-  
 nal. Evang.  
 p. 2. p. m.  
 607. col. b.  
 n. 11.  
 1. cit. d. 335.  
 n. 7. 8. 9.  
 1. 3. cl. 1. ca.  
 n. 20.  
 Genes. 28, 70  
 ult.  
 Paral. 23, 70  
 c. 29, 20  
 1. Reg. 5, 50  
 Luc. 7, 50

B quisq;



L. 1. p. 576.  
seqq.

T. 4. Lat.  
Jen. f. 544.  
b. in Pf. 90.  
& super.  
c. 49 Gen.

Tit. von den  
armen  
Schülern/  
so mit den  
Almosen  
imb Got.  
tes willen  
bey denen  
Particular-  
Schulen er-  
halten wer-  
den. f. 151.

quisq; ex eorum numero Scholam publicam in ditione  
sua erigeret; aliorumq; tam Veteris quam nostrae me-  
morie Principum, Gentium, Rerumpublicarumq; Vi-  
deantur in simili materia Collect. Manlii. De edificio-  
rum cura haectenus. De alimentis Scholarium ini-  
quis pagellarum angustiis exclusus plura addere non  
habeo; praeter ea, quae leguntur in Ordinat. Ecclesiast.  
D. August. Elect. Saxon. quae in gratiam nonnullorum,  
qui secundum querelam B. Lutheri, aut nimium esse  
aut pessime collocari judicant, quicquid in ministros  
verbi, Scholas, indigosq; illarum alumnos impenditur,  
germanica lingua, ita ut habentur ibidem, placuit re-  
censere. Verba ita se habent: Nach dem die Erfah-  
rung außweiset / daß vor dieser zeit die allergelehr-  
testen und fürtrefflichsten Männer in der Kindheit  
Parthecken gesamlet / und also mit dem Almosen  
erzogen worden sind / nachmals aber in Kirchen/  
Schulen und Regierung nützlich gedienet haben/  
und an ihm selbst ein Gottseliges Werck ist / was zu  
unterhaltung der dürfftigen / fürnemlich der armen  
Schüler gegeben wird / So sollen iedes orts Obbrig-  
keit / und die verordneten *Inspectores*, mit allen ge-  
trewen fleiß daran seyn / damit arme Knaben / so zur  
Schule gehalten werden / nicht hunger noch mangel  
leiden / sondern / so viel möglich / auch ihre Noth-  
durfft haben mögen. Darzu denn an etlichen orten  
und fürnehmen Städten / über das / so sie auff der

Cur-



*Current* mit singen von Haus zu Hause samlen / auch  
 vermögende Leute löbliche Stiftungen gethan /  
 desgleichen auch etliche auff bestimbte Zeit etliche  
 mal sie speisen / oder sonst warme Kost / zum wenig-  
 sten eine warme Suppen / zu erhaltung ihrer Ge-  
 sundheit / verschaffen / darzu denn jedes Orts Pfar-  
 rer seine Pfarrkinder / besonders die Reichen / trew-  
 lich vermahren soll / &c.

*Rem ita se habere domestico suo exemplo comprobat B. pa-*  
*ter Lutherus, qui de se inter alia ita:* Ich bin auch ein solcher  
 Partheckenhengst gewesen / und habe das Brod für den Häusern  
 genommen / Sonderlich zu Eisenach in meiner lieben Stad / aber  
 doch bin ich durch die Schreibfeder so fern kommen / daß ich jetzt  
 nicht wolte mit dem Türckischen Keyser beuten / daß ich sein Gut  
 solt haben / und meiner Kunst enperen; Ja ich wolte der Welt  
 Gut vielmal geheufft nicht dafür nehmen / und were doch ohne  
 zweifel nicht dahin kommen / wo ich nicht in die Schule / und in  
 das Schreiber handwerck gerathen were. *Et in precedenti-*  
*bis ait ita:* So sollen wir nun wissen / daß Gott ein wunderba-  
 rer H & X X ist / Sein Handwerck ist aus Bettlern Herren mas-  
 chen / gleich wie er aus nichts alle Dinge macht / Solch Hand-  
 werck wird ihm niemand legen noch hindern: *Et paulo post:* Sie-  
 he dich umb in aller Könige und Fürsten Höfen / und in Städten  
 und Pfarren / was gilt es ob nicht dieser Psalm (nemlich der 137  
 welchen er daselbst glosiret) mit vielen starcken Exempeln darinn  
 nen regieret / da wirstu finden Juristen / Dactores / Räte / Schreis-  
 ber / Prediger / die gemeiniglich Arm und ja gewißlich allzumal  
 Schüler gewest sind / und durch die Feder so empor geschwun-  
 gen und auffgeflogen / daß Sie Herren sind / wie dieser Psalm  
 saget / und wie die Fürsten / Land und Leute regieren heiffen. *Et*

T. 5. Jen. f.  
 m. 181. b. in  
 tract. Daß  
 man Kinder  
 zur Schulē  
 halten solle.





T. 2. Jen. f.  
m. 400. b. &  
461 in tract.  
An die  
Nachsher-  
ren aller  
Städte in  
Teutsch-  
land/daß sie  
Christliche  
Schulen  
auffrichten  
sollen.

T. 5. f. 174.  
u. f. seq.

*alibi pergit sequentibus* : Man fürchtet sich für Türken und Kriegen/ und Wassern/ denn da verstehet man/ was Schaden und Frommen sey/ aber was hie der Teufel (verstehe mit verhin- derung der Schulen) in sinn hat/ siehet niemand/ fürcht auch nie- mand/ gehet still herein/ So doch hie billich were/ daß wo man einen Gulden gebe wider den Türken zu streiten/ wenn sie uns gleich auff dem halse legen/ hie hundert Gulden gegeben würden/ ob man gleich nur einen Knaben könnte damit auffziehen/ daß ein rechter Christenmann würde/ Sientemal ein recht Christens mensch besser ist/ und mehr Nutz vermag/ denn alle Menschen auff Erden. *Et paucis interjectis addit*: Lieben Herren/ muß man jährlich so viel wenden an Büchsen/ Wege/ Stege/ Dämme und dergleichen unzählliche Stücke mehr/ damit eine Stadt zeitlichen Friede und gemach habe/ warumb sollte man nicht vielmehr doch auch so viel wenden an die dürfftige arme Jugend? *Et ut magnus ille Thadmasander zelum super hac re indignis- sima ferventissimum abundantem satis toti mundo contestare- tur, atq; hac ratione animam suam periculo supplicii intempesti- va taciturnitati indicti eripiens, turpissimos istos nummorum bastatores quovis pumice aridiores aut quovis visco tenaciores vel tandem emolliret, pergit in Tract. antea citato, & alloqui- tur ejusmodi malevolos studiosa juventutis ocores & desertores inquiring*: Laß dir nun sagen/welch ein Frömlin und Kräutlein du bist/ denn so viel an dir ist/ so entzeuchst du Gott einen Engel/ einen Diener/ einen König und Fürsten in seinem Reiche/ einen Heyland und Tröster der Menschen/ an Leib und Seele/ an Gut und Ehre/ einen Hauptman und Ritter wider den Teuffel/ &c. Wie wiltu bestehen? wenn dich Gott am Todtbette/ oder am Jüngs- ten Gerichte hiemit wird ansprechen und sagen: Ich bin hunge- rig/ durstig/ gast/ nacket/ krank/ gefangen gewesen/ und du hast mir nicht gedienet; Mein Himmelreich und Erdreich hastu mir nicht helfen bauen und bessern/ sondern zerstören und schwächen/   
Denn



dem Teuffel aber hastu seine Helle helfen bauen und mehren/  
 So wohne auch nun in dem Hause/ das du dir gebawet hast/ 26.  
*Hec Lutherus. Magnus ille Theologus D. Hoëus b. m. requisita*  
*schola optimè constituta inq; dies magis magisq; succrescentis*  
*enarraturus, inter alia quodq; exprimit liberalem & discipulorum* In der  
 & docentium sustentationem, *quam ipsemet ita* Schulpre-  
 Dasz man Lehrer und arme Schüler ehrlich erhalte/ ihnen Her- dige zu  
 brige/ Speiß/ Tranck und Kleidung verschaffe/ und ein iedlicher Prag gebat-  
 nach seinem Vermögen etwas zur Schulen anwende. Ach! wie ten D. 177. a.  
 ein heiliges Almosen ist das/ das zu erhaltung der Schule  
 gegeben wird? Wie wol wird es angeleget? Wie grosser Nutz  
 wird manchmal damit geschaffet? ganze Länder können oft  
 eines Schülers genießen. *Imprimis verò redditus sacri bene-*  
*ficiaq; ex cœnobiis Papalibus nobis relicta secundum certam sui*  
*partē huic eleemosynarū generi debebant transcribi, siquidē ex*  
*mente vigilantissimi Theologi Dn. D. Mengerii, certum est,* Sacril. Bel-  
*Præceptores (quid verò prohibet addere & eorundē discipulos?)* farz. p. 44.  
*in Scholis repurgatis, Illustribus & Oppidanis, Universalibus &* n. 77.  
*Particularibus propter convenientiam Statūs ratione funda-*  
*tionis & intentionis considerati, genuinos esse cœnobialium e-*  
*jusmodi reddituum ganerbios, (qua de voce, si lubido est, evolvi po-* Exercit. d. 1.  
*test Wurmser.) Privatorum verò marsupia quod concernit,* P. VIII. q. 9.  
*non est, ut quis metuat, ne illa in defraudationem domesticorum*  
*erogatione sflagitata unā vice penitus expilentur; sufficit n.*  
*si ex abundantia terrenarum opum saltem aliquid ad pedes*  
*Christi Scholasticos offeratur, sufficit, si vel unciatim & qui-*  
*dem vel in dies vel in hebdomadas aliquid comparcatur, quo in-*  
*opiam & famem lactentium Ecclesie filiolorum quodammodo*  
*solari possimus: quod consilium & suo premere videtur digito*  
*Apostolorum Coryphaeus Paulus. Vel ut alius Spiritu cœlestifer-* 1. Cor. 16, 2.  
*vens quondam suadebat Theologus, ut quilibet sive mercator sive* M. Conrad.  
*manuarius singulis diebus primum ex divenditis mercibus aut* Porta in Pa-  
ror Luther.



confectis operis susceptum aut trinumnum aut grossum capsula  
quidam stolidi huic usui peculiariter parata inderet, & postea  
statis temporum vicibus, seu DEO consecratis ex alimonia sua  
primitias, Aerarii Ecclesiastici Syndicis, vel aliis pauperum alu-  
mnorum constitutis Procuratoribus dedicaret, atq; hac ratione  
sine perceptibili quapiam facultatum suarum jactura opus Do-  
mini, quantum in ipso esset, promoveret. Sed manum tandem  
de Tabula! Ne verò benevole Lector, sis nescius, quid habitus  
modò sibi velit discursus, scito, eundem nobis peperisse Actum  
bono cum DEO inaugurando Acroaterio Scholæ nostræ Majori,  
crastino die consecratum. Siquidem prout Nobilissimus Am-  
plissimusq; Senatus, & imprimis Clarissimi Dni Inspectores egre-  
giè jam nunc in Rempubl. nostram Scholasticam sunt animati,  
ita istum præclarum suum favorem in actum deducturi, per  
Amplissimum, Doctissimum Prudentissimumq; Dnm HENRI-  
CUM ROMANUM, Senatorem, Inspectorem & Presidem redi-  
tuum Ecclesiasticorum Auditorium modò dictum quod vetusta-  
te deformatum, pulvere & fuligine obfuscatum, horrorem &  
tedium ingredientibus incutere, moram verò vel difficultatem  
discipulis sive legentibus sive calamo quid excipientibus obicere  
videbatur, indulto novo tectorio reparari, omnia in eo imper-  
fecta absolvi, admittit atq; reconcinnari, & quod totius intem-  
tionis caput fuit, a dealbatis parietibus, cretatis laquearibus  
candificatisq; fornicibus uberem lucis copiam novæ diligentie  
parariam fœnerari, atq; ita hypocautum juxta Seneca censu-  
ram rectum, h. e. non quidem nimio luxu corruptum, neq; mar-  
moribus transmarinis pellucens, neq; tessellato lacunari per poli-  
cum, sed tamen laudabile & sine vitio conspicuum effici cura-  
runt. Præterea etiam nonnullis alumnis de communi eaq; libe-  
rali mensa sumtibus & suis & aliorum Clarissimorum virorum,  
civiumq; primariorum prospicere, & sic nec istud nutritionis di-  
vinitus injunctæ munus negligere sat agunt, cui piissimæ inten-

Epist. 100.



sioni DEUS ex gratiâ optatos largiatur successus, cunctisq; Ev-  
orgetis impensas munificâ & mente & manu subministratas, Prov. 19, 17.  
E. 22, 9.  
E. 28, 27.  
eum mutuum sibi concredicum pro suo beneplacito fœnore tan-  
dem restituat uberrimo! Nos verò uti sine fœdissima inci-  
vilis morositatis nota hac omnia ingrato sepelire non possumus  
silentio: Ita modesta benevolentia vel potius beneficentia hu-  
jusmodi verè paterna de prædicatione præmissâ, cras, quod  
DEUS bonum, felix, faustum, fortunatumq; esse jubeat! publi-  
cam Auditoris nostri interpolati inaugurationem meditamur,  
solennibus quibusdam Declamationibus absolvendam. Mate-  
riam verò huic Actioni congruam, de ipsis nempe literarum  
studiis imposteriorum, DEO dante, ulterius in hac Schola & Acroa-  
serio nostro exasciandis, an videlicet præ reliquis vitæ generibus  
juveni homini sint eligenda? destinantes

ELIÆ LINDENBERO Freib. Hermund.

Affirmantis;

GEORGIO WENCESLAO Leosteinensi Misn.

Negantis;

GODOFREDO SAMUELI REINHOLDO Freib.

Decidentis,

demandavimus partes, itaq;

JOHANNEM CASPARUM HORNIUM Chemnicensem &

POLYCARPUM DRABITIUM Torgensem

illum Prologum Audientiam Declamatoribus conciliaturum  
hunc Epilogum gratias DEO & Patronis debitas commemora-  
surum adjunximus.

Quod reliquum est, admodum Reverendum Excellentissi-  
mumq; Dnm Ephorum, Nobilissimum Amplissimumq; Senatam,  
reliquosq; Viros Reverendos, Excellentissimos, Clarissimos, o-  
mniumq; Ordinum literatos omnes Præstantissimos, Dnos In-  
spectores, Patronos, Fautores atq; Amicos jugi mentis observan-  
tia humillime colendos decenter invito, obnixè rogans, ut actum  
hunc



hunc cras, οὐν τῷ Θεῷ finitā concione institutum augustissima  
sua presentia cohonestare atq; hāc ratione & suavissimis liberis  
suis, & aliis Lycēi nostri discipulis stimulos alacrioris industriae  
addere ne dedignentur. Et sicut impraesentiarum certiores  
atq; olim brevitatis spem promittere possum, ita & frequentem  
Dnn. Patronorum accessum expecto.

Coel. Rho-  
dig. l. t. lect.  
ant. capp.  
24 de 34.

DEUS interim conatibus nostris benedicat ex alto, fa-  
ciatq; ex gratiā, ut novus hic labor novos producat fructus,  
nosq; omnes sub desiderabili Angelorum Salutigerulorum pra-  
sidio, jussisq; hinc ire exitiosissimis ternistratoribus, novo tam  
docendi quā discendi inflammari ardore gloriae divinae  
salutiq; & Ecclesiasticae & Politicae ve-  
lificemur assidue!

D I X I.



1017

m. c.



h. 101, 8.

*[Faint bleed-through text]*

Q. D.

PATRIBI

*Incluta Reip*

VIRIS STUDIO

ORDINUM

SCHOLA

ATQVE IN

*Patronis, Fau*

*maxim*

Otto Benevy


*Solennem interpolati A*

*sionem d. xxiv Septemb*

*bono cum D*

S.

RIB  
PONI



Y b  
592

BIOTHEK

